



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

29.

M E M O R I A E  
CLARISSIMI VIRI, PIETA.

TE CONSTANTI, DOCTRINAE ER VDI-  
TIONE, INTEGRITATISQVE AC HUMANITA-  
tatis laude præstantiss. M. Esromi Rudingeri Pabeperg.  
Professoris quondam in Academia VViteber-  
gensii eximij,

33

V E R S U S E P I T A P H I I C O N S E C R A T I  
*ab amicis,*

I T E M Q V E C O N I V G I S E I V S D E M S E  
cundæ, Annæ Vvesenecciaæ, matronæ hone-  
stiss. ac fidissimæ.

Q V I B V S A D I E C T A E S T E P I S T O L A  
vixæ eiusq[ue] Gregorij Bersmani, Dei beneficio viueniis  
ad huc & valentis, opposita rumoribus maleuolorum  
de ipsius obitu disseminatis.



S E R U E S T A E  
Excudebat Bonaventura Faber.  
ANNO M. D. XCI.

65  
MEMORIÆ

Efromi Rudingeri, viri Clariss. amici sumus,  
Caspar Peucerus D.



Lausisti vitæ cursum fine ergò beato,  
Post crucis innumeros, exilioq; dies.  
Fortuna dignus fueras meliore, senectæ  
Te quando afflictæ tam graue pressit onus.  
Ingenij propter dotes, sanctosq; labores,  
Quos amplexa colet candida posteritas.  
Maius at hoc, voluit constanter vera professum  
Sub cruce quòd Christus te similem esse sui.  
Iactatum varijs tempestatumq; procellis,  
Cœli sorte ipsi limen adire pari.  
Ante alios vbi iustitiæ fulgere corona.  
Splendidiùs summa conspicere die.  
Lugerem grauius veteres tantum inter amicos,  
Sæcli sed rabies, læter vt, aucta facit.  
Gratuler vtq; tibi coelesti in luce quietem,  
Qua frueris, coram nunc celebrasq; Deum.  
Nostris cum saceris, pietate Melanthone Māgno,  
Doctrina & celebri cum Camerariade.  
Suspīrāns quibus assidue vt desidero iungi,  
Complexu in Gnat, Patris vt inq; sinu:  
Flaminis æterni gemitum ductumq; secutus:  
Ex voto me sic affore spero breui.  
Sors omnis superata tibi est. Viue ergò, valeq;.  
Me canibus rabidis eripe, Christe, precor.

In obitum Magni Efromi.

Hebraæ gnarus linguae, Latiz, atq; Pelasgæ,  
Et Sophiæ, tractat quam schola Socratica;  
Sinceræ pietatis amans, cultorq; fidelis.  
Christetus, custos dogmatis innocui.

Herr

Hec varia expertus vani ludibria mundi,  
Christo animam, terræ reddidit exuias.

M. Wolfgangus Amlingius, Ecclesiae Anhaltinae in veterum  
Soraborum metropoli minister.

ALIVD.

**E**TERRA IN CÆLOS TE SUBUEXISTE PROFESSUS  
ES ROMVS CARNEM, MAXIME CHRISTE, TUAM:  
Et quod eras, manuisse: nec hoc, quod vixtus amore  
Nostris factus eras, depoluisse tamen:  
Atq[ue] ideo vanum temulentæ dogma cohortis  
Taxans, quæ statuit corpus ubiq[ue] tuum:  
Quæ cassum tribuit tibi carne & sanguine corpus,  
Omnia quæ fingit corpore plena tuo.  
Quæ male concludit: Totum diffusa per orbem est  
Christi maiestas; Ergo & ubiq[ue] caro est.  
Quæ cœlos orco, telluriq[ue] æthera miscet,  
Et pani includit, cui negat asti a poli.  
Pabula quæ mentis sacra vertit ventris in escam,  
Pro IV DÆ rostro bellaq[ue] dira mouet.  
Quæ spuit in faciem Christo: quia corporis aufere  
Propria, sic vacui corporis umbra manet.  
Umbra manet tantum carnis, si propria carni  
Suberahis, hoc vastum carne replesq[ue] chaos.  
Nec sacra defendis, mutilas sed pignora coenæ:  
Namq[ue] caput spolia; corpore, membra cibo.  
Hæc, pius ES ROMVS, fidei quam monstra probaree,  
Maluit exilii sponte subire fugam.  
Exilium mala cuncta vehit: conuicia, morbo,  
Pauperiem, insidias, mixtaq[ue] probra delis.  
Noster at hic curis, morbisq[ue] exhaustus, & annis,  
Fida etiam orbatur coniugis exul ope.

Sic Christo placuit; Sanctorum gloria tecta est,  
Quem dat vtruncus Deus: Credere, datus pati.  
Sed premit, ut releuet: nec pressos opprimit vnguam:  
Eripit ærumnis, quos amat, ipse suos.  
Sic tandem abstergens lacrymas, miserabilis æui  
In requiem saturos transtulit ætheream.  
Cum costa, comite exilii, tellure receptus  
ESROMVS, Christi nunc ouat antethronum.

*Eiusdem memoriae Gregorius Bersmannus.*

Ne Musis dignum, nec amoris fædere nostri,  
Manibus Esromi non dare iusta mei,  
Cuius hic est tumulus; tumulo si conditur arcto,  
Qui fama impleuit Solis vtramque domum.  
Nam Latii docto sermonis itemque Pelasgi,  
Doctrinæ ratio nulla retrusa fuit,  
Callenti quicquid sexcentis Varro libellis,  
Atque Stagiritæ dia Minerua dedit.  
Smyrnæi gnaro vatis, gnaroque Maronis,  
Et, quæ cum socco verba cothurnus amat.  
Huius aceruatim se pectori Graia vetustas,  
Huius se Ianus consideratque biceps.  
Pectori, quod Sophiæ manabat flumine, Suadæ  
Melle madens, fontis lacte, Thalia, tui.  
Sed, non his saturum, sancto libare iuuabat  
Fonte salutiferæ cognitionis aquas.  
Quarum haustu plenus, patria quæ carmina lingua  
Iessidæ retulit Musa, canente Deo,  
Donauit Latii interpres doctissimus vsu,  
Iessiden faciens Ausonis ore loqui.  
Defuit his fortuna bonis, quæ, blanda sereno  
Ingenii dotes lumine, rara videt.  
Nanque freti, rabies Harmostica, fæuior æstu,  
Quæ subito Albiacam dispulit imbre scholam,

Exper-

Expertem frustra belli, Musisq; vacantem,  
Non tulit innocuum, cæca furore, virum.  
Cedentem furiis, quas vincula dira minantes,  
Elusit cauti prouidus arte doli.  
Ex illo profugum, per quot discrimina rerum  
Sors tulerit, paucis est memorare labor.  
Dum fessum exilii curis, & tabe senectæ,  
Denas post messes sexta fatigat hyems.  
Orbatum consorte tori, casusq; fugæq;  
Finitimi Turcis in regione soli.  
Hæc olim Christum fortuna exercuit, hæc nunc  
Christicolas primo semper ab orbe manet.  
Quos crucis esse per hæc ipsi commercia par est  
Conformes, capiti qualia membra suo.  
Victores ut consorti decorentur honore,  
Incincti lauri fronde vidente caput.  
Hæc, Esrome, tuum quoq; sors exercuit æcum,  
Dum Christi præbes colla premenda iugo,  
Degener haud tanto sectator inersq; Magistro,  
Quales innumeros secula nostra ferunt.  
Qui Christi iactant nomen, crucis illius hostes:  
Pro cœli caula, quos magis aula iuuat:  
Quos ventris malesuada fames auriq; fatigat,  
Opprobrium sancti pernicielsq; gregis.  
Felix morte tua, cui non hæc pondera terræ,  
Est opus, hæc oculis cernere monstra tuis.  
Nec temerare pias vesanis vocibus aures,  
Debacchata quibus Flaccica turba furit:  
Dente molens Christi carnem, mansuq; nefando  
Cœligenæ pascens ora profana cibi,  
Ac, farris cultu, Latium venerata Maozim,  
Dum cœnæ miscet symbola remq; sacræ,  
Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum,  
Finito replet corpore, mentis inops.

Iam tibi parta quies cœlo, quam terra negabat,  
Curæq; & senij membra grauantis onus.  
Iam vultu frueris Christi propiore, sacriq;  
Flaminis afflatu, colloquioq; patris.  
Inter spirituum cœtus, agmenq; beatum,  
Quod sibi parta agni sanguine regna tenet.  
Salue, care cui merito mihi semper amoris,  
Officij multo nomine culte mihi.  
Salutem, venerande senex, salueq; valeq;  
Quis te matura dec mihi morte sequi?

### CHRISTIANO PHILOSOPHO Efromo, P. M.

Christus cum seruis fortunam expertus eandem  
Est, quando vixit seruus in orbe Dei.  
Nec sperare ausint tractari mitius vñquam,  
Quicq; Christi hic nomen voce sonare volent.  
Hic seruare homines cœli descendit ab arce,  
Ad diram rapitur captus at ipse necem.  
Et potior gregis est, quam Christi, cura suilli,  
Hunc migrare igitur plebs Gadarena iubet.  
Quam tamen afflictam post sæpe reposcere eundem  
Crux docuit, tantum si redditurus erat.  
Sors eadem est, pie Christe, cuiis infida ministris,  
ESROMVS quorum hac stellula luce fuit.  
His etenim hoc opus, hic labor est, succurrere nostris  
Rebus doctrinæ, relligione, fide.  
Ait hostes tanquam doctrinæ, relligionis,  
Ac fidei, occumbunt morsibus inuidæ.  
Perpessa extrema & quando est innoxia turba,  
Mundus eam in Pathmo vel superesse dolce.  
Fimbria, qui totus vesano percitus cœstro,  
Scœuola iuste, tibi vulneris autor erat:

In ius

In ius cessabat nec te tamen ipse vocare,  
Mens & lingua hominis tam truculenta fuit,  
Causam odii tanti cum quereret æmulus æqui  
Cætus in innocuum tam meritumq; virum :  
Persequor hunc, retulit furiosus Fimbria, hianti  
Non totum telum corpore quod recipit.  
Sic quoq; cum Christi ludit gens improba seruis,  
Quos male vexatos viuere ferre nequit.  
Condemnanda ipsa ac sceleratæ fraudis & astus  
Dum fuerat, miser huic cogitur esse reus.  
Et tantum manibus talem effugisse scelestis  
Quippe suis, furor hinc liuida corda mouet.  
Hinc doctis latebræ queruntur, eutus asyli  
Obuenit hinc fidis rarius atq; locus.  
Redditur Harpocrates perinqua hac sorte, disertæ  
Quem fas sincera pro pietate loqui.  
Lychnis & poterant cum templis culta lycea  
Collucere quibus, numine munifico:  
Morum occulitur modii sub tegmine splendor:  
Mundus enim in tenebris nocteç virus alit.  
Ast, si quando Deus subuexit ad æthera clarum  
Electi cætus lumina tanta sui,  
Anguntur tandem, sitiunt qui dogmatis haustum  
Sinceri, cantos suspiciuntq; viros.  
Salve ESROME igitur, quo mundus lumine noster  
Se veri indignum reddidit ipse satur.  
Dignatus coelo te Christus luce serena  
Nunc saturat, nunquam qua satiandus eris.  
Quoq; exultasti mundi in caligine sole,  
CHRISTI nunc frueris perpetæ lucetui,

Casper Ulricus. M.

EZPDR



ΕΣΡΩΜΩΙ ΤΩΙ ΡΟΥΔΙΓΓΕΡΩΙ ΆΝΔΡΙ  
ίνσεβεσάτω τε ἄμα καὶ ἐλλογίμωτάτω  
μηχιμόσινον ἀρετῆς καὶ  
παιδείας.

Τῆς μωρουθέασης Θεόθεν σφίης ἀναλήψει  
ἥλικίης πλεῖστον προσδιατριψάμενος.  
Παντοδαπὸς Εὐρώμος, ἐπεὶ ἴδεν ἔντε Φυγοῦσιν,  
Ἐν τε κακαῖσι νόσοις, ἐν τε Φόβῳ Ιανάτῃ,  
ἀδὲν Ἀριστότελος ὁ Φελος ξυγγράμματ' ὑπάσσα,  
ὅδε πλάτωνα μέγαν θεσπεσίον τι λέγειν.  
Θαυμασίον τῷρος ἀληθείας Φάος ὅμματον τρέψας,  
Γῆρας ἐνηφάνισεν δόγματιν ἰνσεβίης,  
οὗτος ἐν ἀποθνήσκειν μελέτησεν κάλλιον, ἥπερ  
εἰ Φαίδων, ἀνέγνω τεῖς σέο, θείε πλάτων.

Άλλο

Εὐρώμες λαλεῖ.

Ἄδεν ἐγὼ ρέξας δεινόν πνε, ώτ' ἀδικήσας,  
ἄλλὰ βίον ζῆσαι γῇ ἐνι Σωκρατικὸν.  
αἱ τὴν νεότητα μαθήματα καλα διδάσκων,  
δόγματος χθ' ἐνὸς ὧν ἀιτίος ἀλλοκότου,  
ἔύρον ὅμως Ανύτας καταγνόντας ἐμῷ ἀσέβειαν,  
· Φεδόνες καὶ μούναις κεκροπίδησιν ἐνην.

Simon Stenius Lomacensis.

Eis Ιάνατον  
ΕΠΙΣΤΗΜΟΝΕΣΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΕΛΛΟΓΙΜΩΤΑΤΟΥ  
ἀνδρός, τῷ Εὐρώμῳ Ρεδίγγερῳ.

Εἰς μόρος ἐσὶν ἄριστος, ἵησοῦ τῷ τερέι χριστῷ,  
Τὸ γλυκερὸν λείτωσιν ἡελίοιο σέλος.  
Χ' ἐν τάθος ἐσὶν ἄριστον, ἵησοῦ τῷ τερέι χριστῷ,  
Τετλάμενος ὁδύνας, ἀλγεάτ' ἱφε φέρειν.

Διφότη-

Διμφόπορον χαλεπὸν πέτλεται μερόπεσσι βροτοῖσιν,  
Κρείσσον ἄπαξ δὲ Ιανέν, ηὲ παδεῖν δολιχόν.  
Όττι θῶς ἀνήρ τῷ ἀλοιητῆρι σιδῆρῳ  
διηθεὶς, τῆς μοίρης πότμον ἐπισπεῖ ἄπαξ  
Δηρὸν ὁδυρόμενος δ' ἀνίστιν τάρετ' ἀγρύπνοις,  
Θυμὸν ἀγαπηνέιων ἄυτε κακὰντε φίλον.  
Πολλάκις ὡς Ἐσρῶμε, Θανες, δύσηνος ἀλήτης  
Ἄμφι φιληγαμετῆς μηνογενῆςτε κόρυς  
Τὴν ἔλαχες δώρον τῆς ἐνοεβίης θεοπνεύστη,  
Τῶν μοκχῶν χαλεπῶν τὴν γέραστε λαβεε.  
Ταῦτα φιλοκόσμος τὰ σεθλ' ἐπιθεσθαμ ἄπιστος  
ἐργολαβοις πιστοῖς, ἀνδράσιν ἥδε καλοῖς.  
Τύνη λευκορίδῶν κῦδος μέγας ἔστλεο, τόνη  
χρήσιμα γηραιοῖς ποῖτε νέοισι λέγει.  
Ταῖς μήσησι φίλοι, κακὴν οὐ μηδητέχθηε,  
Κόσμιος ἀλλοῖης παις διδαχῆσιν ἀνήρ,  
Σοῦ κακὸν σόματος καλὸς πυρόν μένος ἥλθεν,  
Αὐτὴν πειθώ σεν χειλεστιν ἔγκεν ἔν.  
Τύητὴ Δαβίδος μελίγματα θεῖα ἄνακτος,  
Ρωμαίοις φθέγξω χάλεσι μελπόμενος  
Τὴν εκα λευκορίδες πλεξατο τῷ ἀνυψόν σεῖο  
Χῆρας, ἐρύκυσαι αἰμυλίσιοι λόγοις.  
Λυτηρὴ ἐπεὶ κρυπτὸς βλακεκῶν ἐφάνη φθόνος ἀνδρῶν,  
Οἱ δοκέσσοι καλοὶ ζήδεσσοτε εἰσὶ καλοί,  
Δώματα λευκορίδῶν πρόλιπτες, κακὴ ἐπηρατον αἴσι,  
Ηδὲ φυγὰς χώρην ἥλιθες ἀλλοδαποι,  
Μηδέποτε γλυκερόντες ἀνὰ τόσιμον ἔχεσσοι αμφοι,  
Ζεδε θεὰς λευκὰς ὄμμασιν αὗτις ἴδει.  
Αλλά σοι, αὐτὶ πάτερε, κακὴ λευκορίδῶν ἐδέεσσιν,  
Ἐρανῆς ἐν κορυφῆς θῶκον ἔδωκε Θεός,  
Εἰθα βιες πελει αμβρόσιος, κακὴ αὐθιτος αἴσι,  
Ἐνθα κακῶν παῦσις, τῶν ὁδυνῶντες πέρας,  
Τύνομα ηδὲ πεὸν κακὸν ὄψιγον ἐνιστόντες,  
εἰκ τηθεσφι καλοῖς ὄσπαν ιησον ἐρατήν.

M. Iohann. Theopoldus Hilperh.

B

Τιμη-

**Tumulus Esromi Rudingeri, viri pietate &  
doctrinæ eruditione præstantissimi.**

**C**onditur hinc ingens fama pietatis & artis.  
Esromus, lumen, Teutonis ora, tūm.  
**Q**uem Pabeperga vetus Franconidos extulit aruis.  
Pieridum eduxit Lipsia culta sinu.  
Atq; hinc ornatum titulis & honore magistri,  
Cycnæa excepit, sceptra deditq; Scholæ.  
Inde Professoris VVitebergæ munere functus.  
Aonium docuit non sine laude chorum.  
Donec in exilium suror illum Harmosticus egit,  
Sinceræ custos quod pietatis erat.  
**E**xcipit electum Morauim cum coniuge tellus.  
Atq; docentis ouans pendet ab ore viri.  
Hinc Noriberga potens, patriæ vicina recepit,  
Quæ nunc defuncti continet ossa solo.  
**A**st anima in cœlis superest, fruiturq; quiete  
Perpetua, in patriæ dulce recepta solum;  
Illijs patriæ, quæ cunctis sanguine parta est,  
Christe, tuo, quiete cum pietate colunt.

*Gregorius Petrus Bersmannus.*

**MEMORIÆ S. ANNÆ VVESENE C.  
cie, Rudingerae.**

**Q**uartus & exilij decimus mihi vertitur annus.  
Dum fugio quæ non sunt facienda mihi,  
Eheu, quam multos parit hæc mihi cura labores,  
Conficioq; modis quot miser exul ego!  
Tutamen, Anna, seni summorum summa dolorum,  
Morte tua dolor es, par mihi mortifero.  
Per septem mihi lustra toro sociata iugali,  
Mecum dimidio temporis exuleras.

*Exter-*

Externos inter nunc me cum morte relinquis,  
Exilij quanto crescit agone dolor?  
Christe, tuis precibus quod Petro sponte dedisti,  
Da, mea deficiat ne tibi sacra fides.  
Accipite hasq[ue] preces miseri lacrymasq[ue] mariti,  
Vos manes, lacrymas; tu, bone Christe, preces.

Esromus Rüdingerus maritus  
uxori cariss. P.

Decessit xxvii. Decemb. Juliani,  
Anno Iesu Christi. M. D. LXXXVII.

## Zur seligen gedencknis/ Anna von Wese- nick/ Esrom Rudingers Haufffrau.

**G**ns vierzende Jahr / elend vnd fluchet/  
Das ich nicht thun kan / was man suche /  
**O** Wie manchen Schweiß bringt mir die zeit /  
Was jammer / schaden / sorg / arbeit:  
Drauff leid vnd vber leid triffe mich /  
Meins Weibes Tode / ein laide tödlich.  
In lieb vnd leid acht vnd zwanzig Jahr /  
Im elend vierzehn bey mir war /  
Die nun in fremden scheideet sich /  
Ein newes elend bringt auff mich.  
**H**err Christe das du gehan hast /  
Sanct Peter dein / in seiner last /  
Bitt auch für mich den Vater dein /  
Das nicht verzag der Glaube mein.  
Du liebe Seel / mein sehnlich sag /  
Hör treuer Gott mein bitt/ mein flag.

Esrom. Rüding.

Verschieden den 5. Januar. des neuen/ des Jares Christi/  
1185. welcher ist der 27. Decemb. des alten, des 1587.  
Jars/ In der nacht zwischen 11. vnd 12. Uhr.

B 2

Domi.

## Dominor viuimus: Domino morimur.

**N**on iter est aliud vitæ, mors ianua vitæ:  
Morti vita subit, non moritura pijs.

Vnus obex, sera communis, discrimine paruo  
Hinc reserans, illinc obserat vnu obex.

Der Todt der ist des Lebens Thür /  
Kein ander weg ist zwischen für /  
Nach dem Todt erst das Leben fleust /  
Ein Riegel / ein Schloß / sperrt vnd schleust.

### Vita peregrinatio.

Sub cruce multiplici peregrinæ tempora vitæ  
Degimus hic, & per scrupea saxa viæ.

In Domino faxis postquam indormimus ijsdem,  
In cœlum scalis ducimur Isacidis.

### Die Jacob's farht.

Hie wandern wir in Creuz vnd Stein /  
Bis wir in Gott drauff schlaffen ein /  
Als dann vns Pilgram durch den Todt /  
Die Jacob's Leiter führt zu Gott.

Esrom, F.

AD TUMVLVM ANNAE VVSENEC-  
ciæ, matronæ lectissimæ, Esromi Rudingeri  
coniugis fidissimæ, Viator & Ge-  
nius colloquuntur.

**Q**uæ tumulum cingunt pullatæ vtrinq; sorores?  
Stirpe satis hominum num rear, anne Deūm?  
Si nescis, sancti custos est vtraque lecti,  
Hæc Pietas, huius sed soror ista Fides.  
Quam lugent? cuius dant ambæ ferta sepulcro?  
Conditur hac tumuli femina casta specu.

Nom

Nomine dicta, retrò quod idem sonat, & sonat ante,  
E VVesenecciadūm progenerata domo.

Bis duo legitimo septennia iuncta marito,

Fida tori consors, exilijq; comes.

Bis septem comes exilij indefessa per annos.

Hoc illi pietas relligiosa dedit.

Inclusam Christi carnem quia pane teneri,

Ac mandente, teri dentibus, ore negat.

Discere nomen aues: Esromus; cetera norunt

Indusq; & Garamas. forsitan & Antipodes.

Sed non exilij tanto fors dura dolori

Ah viduo est, quanto parte carere suū:

Natali tellure procul, solaminis orbo

Dimidia ah animæ parte carere suæ.

At misero spes vna super, quod luce suprema

In patriam reduces sistet vtrosq; DEVS,

Communem cunctis patriam, quos morte redemptos

Afferuit coelo filius ipse Dei.

Interea, o nulli matrona secunda priorum,

Vrna tibi violas educet, vrna crocum.

Gregor. Bersmannus.



B 3

EPI.

**EPISTOLA ΣΤΡΑΠΙΣΤΙΚΗ ΓΡΕΓΟ-**  
**RII BERSMANI, DEI BENEFICIO VIVEN-**  
tis adhuc & valentis, opposita rumoribus inuidiae & malevolentiae, quo  
eum, parvum sensus & rationis usura priuatum, partim repres-  
sina & borrenda morte extinctum esse  
diffamauerat,

**H**OC Flacij, frustra nomen mentita Lutheri,  
Implacata cohors velit, hoc optauerit emtum  
Ille meus magno, quod inique possidet, auro:  
Hoc amet, hoc speret rumoris perfidus auctor  
Credula quem de me multorum sparsit in ora.

Sum, fateor, morbis morticis obnoxius, ex quo  
Mortali me stirpe satum, produxit in oras  
Luminis, emissum genitali mater ab aluo.  
Omnibus hanc fixit metam natura, nec ullum  
Exemit leto, premium, roburq; iuuentæ:  
Qui semel intrarunt nascendo fœdera vitæ,  
Omnibus hanc natura dedit legem: omnia fatis  
Aut iam functa vides, aut functura: iuimus, omnes  
Ibimus, haud necis incerti, sed funeris horæ.  
Serius aut citius cunctis stat terminus æui.

Quid fatis igitur Bersmanum cedere mirum,  
Quem cessisse tuo pridem sermone serebas,  
Quisquis es, inuidæ rumorum futilis auctor?  
Quin mirum magis, hunc longis superesse bilustris  
Exilij curis, fungentem munere duro,  
Ingratoq; scholæ gestantem sceptræ labore,  
Mularum quam Musarum dum gratia maior,  
Dumq; fames vatuum est fama, olim carior auro.

Hæc sufferre tamen minus huic, quam tempora, mores,  
Quam scelerum labes, quam tot portenta malorum  
Cernere, vexari innocuos, florere nocentes,

Erro-

Errorum cæca volū caligine mundum,  
Telluri cœlum miscerier, & mare cœlo;  
Dum citharas asini pulsant, & fingere versus  
Agreditur, peccans in metra subulcus Agyrtes,  
Doctior ad calicem crocianti stertere naso,  
Quām melos Aonio Phæbeum pangere cantu;  
Ac referare arcas melior, quām claudere versus.  
Quid referam? non dignus harz, quod plurimus aræ  
Nunc seruit mystes, & fœdè sacra profanat,  
Hesternum eructans Bacchum, ingluviemq; culinæ.  
Hoc populo gratus, quod atrox, immitis, & effrons,  
In Calvinistas crudeli fulminat ore,  
Contemtor procerum edicti, legumq; sacrarum.  
Scilicet his magni nunc simia multa Lutheri,  
Suggesta, & patulas rumpit clamoribus ædes,  
Martyras appellans Cacodæmonis, & genus Orci,  
Qui Papæ exosi idolum, infandumq; Maozim,  
Oppetiēre vltro pulcram per vulnera mortem:  
Per gladios, structosq; rogos, per saxa, per vndas.  
Perq; rotas, & mille cruces, te, Christe, secuti.  
His nunc fulminibus quo quisq; ferocior aures  
Verberat, hoc fidei maior patronus habetur,  
Pectora magnanimo similis, vocemq; Lutherot  
Pantolabo quamuis sit scurra nequior, ipsum  
Et furtis superet Verrem, scortator, adulter,  
Incestus, leno, iatro, fallarius, offæ  
Mancipium, emunctor nummorum, scenoris auceps,  
Nestorij scabies, lepra Eutychis, vlcus Arij.  
Deniq; sit gurges vitiorum, dummodo contra  
Caluinum clamore tonet, qui Stentora vincat,  
Carus erit vulgo, Nisæ Mopsoq; placebit.

Quem surdis ergo, quales mihi rumor iniquus  
Attribuit, sensus simul & rationis egenti,  
Auriculis non esse iuuet, cum lumine cœco;

Nebi



Ne bibat aure trucis conuicia Flaccica lingua;  
In Christum, sterilis veri quæ turba profundit,  
Inficiatq; oculos manantis tabe veneni.  
Has hominum pestes inter, portentaq; morum,  
Nil quibus addiderit seclis venientibus ætas,  
Degere, cui grauius non sit, quam tormine morbi  
Vexari, mortisq; obitu finire dolores?  
Quam vitæ usura differt mora, nulla sed aufert.

Huius nos memores pietas iubet esse, salutis  
Ut memores simul æternæ, post fata manentis;  
Quam Deus ante suis primordia destinat orbis;  
Impauidi reprobis horrendæ funeris horæ,  
Indulgente Deo, peragamus quod datur æui.  
Hac ego, si nescis, spe fretus, garrule rumor,  
Hac ego confisus, nigræ nil vulnera mortis  
Horresco, vita casso, qua ianua vitæ  
Panditur ad superum sedes, & regna Parentis.  
Huc desiderium Christi me raptat, amorq;  
Impatiens has ferre moras. vale lerna malorum,  
Dudum exosa domus mundi, vale hospita tellus,  
Cœlicolum mutanda mihi statione beata.  
Tu quoq; liuoris rabies, cui nulla mederi  
Placando medicina potest, vale: nil mihi tecum  
Morsibus erepto inuidiæ, chartæq; procacis,  
Tersuræ illuuiem, scombris tunicasue daturæ.

F I N I S.

Nr 1996.

8



3

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln;

28a / 501996 /

V\$ 17 11/11/



### Farbkarte #13

B.I.G.



## M E M O R I A CLARISSIMI VIRI PIETATIS

TE CONSTANTI, DOCTRINAE ERVDITATIONE, INTEGRITATISQUE AC HUMANITATIS laude præstantiss. M. Esromi Rudingeri Pabeperg.

Professoris quondam in Academia VVitebergensi eximij,

VERVS EPITAPHII CONSECRATI  
ab amicis,

ITEMQVE CONIVGIS EIVSDEM SE.

cundæ, Annæ Vveseneciaæ, matronæ honer-  
stis. ac fidissimæ.

QVIBVS ADIECTA EST & PISTOLA  
vixæ Gregorij Bersmani, Dei beneficio viuentis  
ad huc & valentis, opposita rumoribus maleuolorum  
de ipsius obitu disseminatis.



S E R U E S T A  
Excudebat Bonaventura Faber.

ANNO M. D. XCI.

